



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

In Caput sextum libri primi S. Othonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*In Caput sextum libri primi  
S. Othonis.*

**P**raedicans cap. 3. sui Chronici multa mentitur de Gregorio VII. Papa. Quibus ego repono quinquaginta illos Auctores, quos in Apologia pro Gregorio VII. protuli; praeterea Gerochum Reicherspergensem, & alios, de quibus nuper actum in brevicula Apologia pro eodem Gregorio aduersus Annæ Comnenæ loedorias, ut omittam paulò post euulgandos alios Gregorianæ sanctimoniam testes. Rudolpho quoque Regi, qui in praelio manum amiserat, affingit Praedicans, non quæ Rudolphus dixit, sed quæ dixisset, si eo, quo & Praedicans animo, in Gregorium VII. fuisset. Capite quarto mentitur Praedicans, inuestituras Episcoporum & aliorum Antistitum à Carolo Magno, vsq; ad Gregorium VII. semper penes Imperatores fuisse: Hoc à vero alienum esse, docebit te Apologia mea pro Gregorio VII. & alia pro Cardinali Baronio, vbi de hoc ex instituto copiosè disputauimus.

*In Caput X.*

**I**stulit S. Otho consecrationem suam in triennium vsque. causa dilationis redditur cap. 8.

**P**raedicans cap. 5. sui Chronici mentitur, causam dilationis huius fuisse Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum, à quo S. Otho consecrationem obtinere nequiuisset, nisi Pontifici Paschali se subiiceret, & ab eodem Inuestituram, hoc est, annulum & baculum pastorem acciperet. Sed rem secus habere, discas ex cap. 8. quia Ruthardus sede sua ab Imperatore schismatico Henrico IV. pulsus, in Turingia exulabat; quare Othonem consecrare non poterat.

Deinde ipsemet Otho, religione tactus, noluit consecrationem accipere, nisi de manu legitimi pastoris; nempe Pontificis Romani; annulum & baculum acciperet, animaduertens, se & praeter & contra Canones egisse, quando ab Imperatoris